HIERONYMUS
2. Hälfte 12. Jh.
Seite 92r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36486
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

fuerunt. et rursum si voluerit in nichilum reuertentur. s; ut et dicantur
habere di bonitate donati. sic et patriarcharum nomen ex semetipso lar
gitur eis omnibus. Quod ut manifestius fiat. scripturarum testimonium
proferam. Loquitur in exodo dns. Ego sum qui sum. et hec dices filiis israel.
qui me misit me. Huic quod solus ds erat et cetera non erant. Erant utique
angeli. celum. terra. et maria. et ipse moyses cui dns loquebatur. et
israel. et egypti. ad quos et contra quos principes et aduersarius mit
tebatur. Et quomodo nomen comune substantiae sibi proprium uindicat
ds. illa ut diximus causa qua cetera ut sint di sumpserit beneficio.
ds uero quia semper est nec habet aliunde principium. et ipse sibi origo est.
sueque causa substantiae non potest intellegi. aliunde habere quod sub
sistit. Ha et igni aliud est esse calidum. aliud calefactum. Ignis absque
calore intellegi non potest. cetera quae ex igne calefiunt calorem illi
mutuantur et paulatim si ignis abcesserit calore tenuato redeunt
in naturam suam. et nequaquam calida nuncupantur. Iuxta hunc sen
sum et in euangelio dicit ad eum qui saluatorem non quasi dei filium s; quasi
magistrum bonum putabat. quid me appellas bonum. Nemo est bonus.
nisi unus ds. Et certum terra bona legimus et hominem et pastorem bonum.
s; nemo iuxta naturam boni nisi solus ds. cetera ut dicantur bona bo
nitate illi consecuntur. Sic quia solus bonus bonos facit. et solus immor
talis immortalitatem tribuit. et solus uerus ueritatis nomen inpu
tat et solus pater quia creator est omnium et uniuersorum causa substan
tiae praestat. ceteris ut patres esse dicantur. de trinus celestia contem
plemur; Adam quem primum plasmauit ds et creator ipsius et pater fuit.
certe dono patris sicut se debere quod subsistit. Rursum hii quia genitus
ex adam. patrem illum intellegunt ex quorum s. Vnde et in euangelio
secundum lucam cum paulatim ascendo dauid et abraham retrorsum esset ge
neratio subputata. ad extremum scriptura ait. filii seth. filii adam.
filii dei. ut patriarcharum in ea uocabulum addo primum ortum esse mons
trarit. Quaerit autem qua ob causam et in celis abeo omis patriarcharum nomi
nem. quomodo nos quia non sumus de genere abraham si fidem illi habuerimus
filii uocamur abraham. patriarchas quoque et prophetas si tamen nos ab eis